

## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.  
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In  
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In  
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**  
**Dilingæ, 1685**

17. De Nativitate Christi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](#)

fruendi illo, spe vires reficiebat: cum alioqui sat prolixa & difficilis via, asperitasque hyemis teneram Virginem fatigarent.

### PUNCTUM IV.

Hospitio ex-  
I. 11.  
Luc. 9.  
58.

Isa. 1. 3.

**Q**UOD hospitio excluditur. *In propria venit,*  
*& sui eum non receperunt.* Jam tunc illud  
excluditur. implebatur: *Vulpes foveas habent, & volucres celi*  
*Ioan. 1. nidos;* *Filius autem hominis non habet, ubi caput*  
*suum reclinet.* Quin vulpes astuti, & cupidi ho-  
mines à suis foveis Christum excludunt: volu-  
cres autem superbi & nobiles à suis nidis, ut sta-  
bulum subire debeat, ubi *bos & asinus cognoscant*  
*possessorem suum,* mites ac humiles repellunt,  
quia non agnoscitur. O si cognovisses, & tu,  
quām sāpē Dominum repellis à te, quoties pul-  
santi non aperis!

### MEDITATIO XVII.

*Nativitas Christi.*

### PUNCTUM PRIMUM.

Exultas  
prodit.  
Ps. 18. 6.

Dona  
pro hos-  
pitio.

**Q**UOMODO, imminente nascendi tempore,  
quod nec prævenire, nec prorogare Chri-  
stus voluit, *Exultavit, ut gigas ad currēdam vi-*  
*am,* & illam quidem asperam, ac difficilem, ab  
ipso primo ortu ad exitum usque, à summo usq;  
ad summum, ab utero ad crucem. Deinde, ho-  
spitium suum, uterum Matris, Rex tantus haud  
reliquid indonatum in egressu suo, quare tunc  
ineffabili luce ac lætitia Matris suæ animam per-  
fudit.

fudit. Cavit etiam illi ab omni incommodo, quod alioqui in partu reliquæ mulieres perpetiuntur: nam & sine dolore enixa est, & clavistro virginali nequaquam violato.

## PUNCTUM II.

**V**irgo præsentiens partum, secedit parumper, 1.  
totaque in Deum absorpta, præstolatur in con-  
Salvatorem, Deique salutare, quo repente edi- templ-  
to, atque conspecto, quid illa senserit, nec cogi- tione  
tando assequi licet. Agnoscebat filium suum: parit.  
sed & eundem Filium Dei, verum Deum: illinc  
amor ipsam exstimulabat; hinc reverentia retrahebat; utroque autem attemperato, mixtisque  
amor cum reverentia, gaudio cum lacrymis,  
infantem in ulnas accipit, suaviatur, ac liquefit  
anima ejus in complexu Nati. Deinde, pannis  
eum involvit, quos provida paraverat; locatum-  
que reverenter in præsepio, prima adorat: 2.  
Gra. Panis  
tias agit, quod venisset propter salutem homini- involvit  
num, quodque se dignatus fuisset honore Ma-  
tris: viciissim ei offert, dicatque sua Matri ob-  
sequia affectu inenarrabili. Simili eum sensu  
Sanctus Ioseph & adorat, & gratias agit pro  
nutritiis sibi munere commisso, fidelisque suam  
operam promittit. Faciam & ego.

## PUNCTUM III.

**M**ira in hoc infante expendat: ac præci- Infantis  
puè, quod qui Deus est, & sedet super persona.  
Cherubim, in humili præsepio jacet. Deinde,  
quomodo gratias agit Patri, cuius voluntate il-

lic reclinatus est, offertque seipsum ad perficiendum opus redemptionis: clamat etiam ad  
**Verba.** nos tacitus: *Discite à me, quia misericordia mea est hu-*  
*29. c. 18. milis corde, & Nisi efficiamini sicut parvuli, &*  
*30. c. 4. Quicunque humiliaverit se, sicut parvulus iste, hic*  
**Actio-**  
**nies.** major est in regno celorum. Præterea quid agit  
*infans? plorat & alia agit quæ talis: nam etsi*  
*perfecta utebatur ratione, quæ tamen erant illius ætatis, naturam agere sinebat: quidquid*  
*autem ageret, Deo offerebat pro reconciliatio-*  
**Passio-**  
**nies.** ne mundi, infantiles lacrymas, vagitus, &  
*omne tale. Postremò, quæ jam tunc patiebatur*  
*æstimabo; aspero anni tempore, intempesta*  
*nocte, loco incommodissimo, in rerum omnium*  
*paupertate, & rejectus ab omnibus: nec ea*  
*patitur invitus, aut necessitate; sed volens, cer-*  
*tóque consilio. Pauper sum ego, & in laboribus*  
*à juventute mea.*

*Ps. 87.*  
*26.*

## MEDITATIO XVIII.

*Anuntiatio ad pastores.*

### PUNCTUM PRIMUM.

**Angeli** adorant. **Q**uid Angeli, viso Domino in præsepi, ob-  
*Heb. x. 6.* stuperunt, supplicesque eum de cælo adorerunt, jubente etiam Deo Patre. Et adorent  
*cum omnes Angelii ejus.* Et cum absconditum mortalibus, obscurumque cernerent, gestiverunt omnes venire in terras, atque illius annuntiare nativitatem. Sic ego accendar studio manifestandi Dei nomen hominibus, ut cognoscantur.